



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De s[an]cto Eleazaro martyre. Cap[itulum]. viij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



## Ziber

simonis etiam ipse in eo: ut dictum est: laudabile faciens mentionem. Qui tempore antiochi magni regis egypti: iudeorum postmodum persecutoris in pace semio vitam finivit. Hec ex libro ecclesiasticis: et ex chronica gualtelmi.

¶ De sancto Onia sacerdote. Cap. vii.



**M**achabeus sacerdos iustissimus filius supra dicitur simonis: cuius laus ex secundo

machabeorum libro colligitur: et inter sanctos testamenti veteris a iosepho connumeratur: prefertur a patribus temporaneus extitit: cuius opere ac pietate

cum sancta ciuitas in omni pace habitaret: et tempore dicitur a regibus gentium oblatioibus multis veneraret: offenso onia pontifice contra simonem templi prepositum. Simo ad apolonium ducem celestis: syrie et fenicis confugit: et multis sibi promissis muneribus sacerdotium sibi vendicare cepit. Quo audito seleucus philopator rex syrie misit heliodorum militem suum in hierusalem ad spolium omnium aedium templi: non vasa: sed donaria in usus templi. Quo templum ingresso: apparuit terribilis sessor: equi et coculcabat eum: draco iunxerunt splendidos quos iosephus angelos fuisse asseruit: eidem apparuerunt: qui de terra leuag sessorem equi circumstantes: heliodoro ad mortem si agellauerunt. Timens autem onias indignationem seleuci: obrulit per heliodoro sacrificium: et orauit ad dominum. Stratumque ille ab angelis dimissus est: dicentibus ei: quod orationibus onie eidem deus vitam donasset: qui continuo surrexit illesus: et ad regem rediens cuncta gesta narravit. ¶ Tempore autem antiochi regis: cum onias vidisset mala que fiebant in hierusalem populo iudeorum ad gentilitatem peruerso. Et quia duo fratres eius: scilicet iason et menelaus de pontificatu contendentes ut placeret antiocho ad ritus gentium declinassent. Fuit ad antiochum regem in antiochia retinere cupiens si posset eius animum immutare: quod cum nequisset: sedebat apud antiochia in asylo. Cum autem iniquenalis agno apud tyrum celebraret: et rex syrie antiochus ibi esset: iason qui pontificatum in hierusalem ab eo emerat: misit regi. ccc. argenti drachmas in sacrificiis herculis. ¶ Post hec veniens antiochus hierusalem: cum susceptus esset a iasone honore: tantum fecit menelaus fratrem iasonis et onie: quod ipse sacerdotium a rege haberet: et iason in exilium missus esset. Deinde menelaus faciens conuocari oniam de asylo: in quo erat apud antiochiam in hierusalem datus andronico: cui antiochus iudeam commiserat regem. Iam quibusdam vasis templi que furatus fuerat: fecit oniam per eundem andronicum occidi. Eius sedes cum querela ad regem hierosolimam redeuntes: delata esset: re-

## Honus

condatus viri sanctitatem fleuit oniam: et andronicum purpura exutum: et per totam ciuitatem circumductum: in eodem loco quo oniam pegerat: occidit iussit. Hec ex secundo libro machabeorum: et ex alijs quibus supra libellis.

¶ De sancto Eleazaro martyre. Cap. viii.



**E**leazar

martyr vnus ex prioribus scribarum hierusalem contemporaneus

sub antiocho rege iniquo ne legem domini sanctam violaret martyrium passus est. Et in secundo machabeorum de martyrii tolerantia commendatur. Cum enim esset etate puerus compellebatur suillas carnes sacrificij manducare. Quidam homo amici eius veteres carnes licitas secreto afferentes rogabant: ut simularer se ad regis imperium manducare carnes porcinas. Quod renuens aiebat se velle exemplum forte adolescentibus mortis relinquere: ne illicita simulando alios suo exemplo ad nefaria prouocaret. Sicque etiam odium se diligenter incurrat. Et plagis multis peremptus memoriam mortis sue: et exemplum fortitudinis dereliquit. Hec vnde supra.

¶ De sancto Remigio episcopo. Cap. ix.



**R**emigius

episcopus remensis tempore clodouaci regis francorum in galliis claruit. Qui

ex eadem urbe et nobilibus parentibus exortus: a quodam heremita nasci taliter est preuisus. Cum enim vandalorum persecutio fere totam franciam deuastasset: et quidam reclusus vir sanctus et cecus: pro pace ecclesie gallicane dominus exoraret: angelus dei eidem in visu apparuit: et remigium et zelina muliere nasciturum nunciavit: qui gentem suam a malorum incurribus liberaret. Qui cum euigilans visa zelina narrasset: et illa utpote iam anus hoc credere nollet: ait ille vir dei: quod postquam puerum ablactaret: oculos ipsius cecis lacte suo purgeret: et continuo visum recuperaret. ¶ Et si auem hec omnia per ordinem corrigissent: remigius mundum fugit: et monasterium introiit. Et rescente autem eius fama cum esset annorum xxx. ab omni populo in reimensis archiepiscopus est electus. Tante autem mansuetudinis fuit: quod etiam ad mensam eius passeris veniebant: et de manu eius ciborum reliquias comedebant. ¶ Quodam tempore hospitatus in domo cuiusdam matrone: cum illa modicum haberet. Remigius cellarium introiit: et super dotium crucem fecit.